Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36541
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



24

eni interpretatu puteus satietatis sonat. Sic beata di genitrix
MARIA. quatuor mulierum istarum nomina insi mistice habu
it. Erat enim ut breuiter comprehendam. thamar in cordis
contritione. erat raab inuicta di ⁊ proximi dilectione. erat ruth
in perfecta operatione. erat bethsabee in plenaria spe sci precepti
one. Possumus etiam hec omnia que ad dnam nram. beatam uir
gine MARIAM ipsa adiuuante retulimus. ex parte ad unum quem
libet saluandum hominem satis conueniente referre. qui pri
mo fit thamar: amare peccata sua penitendo. et peoncipien
da adeo uirtutum sobole humiliter laborando. deinde fit
raab. dm ⁊ proximum diligendo. et exploratores id est predica
tores eius ⁊ doctrinam eorum in superiori domus sue. hoc est in superi
ori cordis sui desideranter suscipiendo, libenter conseruan
do. fit et ruth id est festinans ⁊ feruens in bene operando. fit
bethsabee mente contemplando. Hec nobis dona conceda
filium uirginis. ihc xpe dns noster. qui cum patre ⁊ spu. sco
uiuit et regnat deus. per omnia secula seculorum. AMEN.